



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

91. An Pontifex possit constituere impedimenta dirimentia, & potuerit
irritare matrimonia clandestina, ut patet in Concilio Tridentino sess. 24. c.
1 de Matrimonio? Et an sit licitum contrahere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

In ordine ad Sacra menta. Ref. XCI. 121

Prophetico. Vnde videatur illud matrimonium iuu diuino esse perfectum. Secunda, accedit in coniugio fornicariis sine illarum confusu aram. Nam mulieres fornicarias sine illarum confusu tradidit Deus in potestatem illius.

4. Verisimiliter tamen est, ut cum Soto dicamus in 4.dif.27.quest.1.art.2. vbi dicit: Non est credibile, quod Deus aliquos coniunxit in matrimonium sine illorum confusu. Et cum dicit sacra Scriptura, quod Deus adduxit Euam ad Adam illa adductio potuit fieri cum confusu libero Euam. Nam Deus omnia suauiter dispoluit; & hoc maxime in statu innocentia seruavit. Idem de matrimonio Oscae intelligendum, cum Deus illi praecepit, accipere mulierem, videlicet, accedente illius confusum, quia sciebat Deus illam confusuram, & vt consentiret id factus erat.

5. His tamen non obstantibus, quod primum dubium propositum respondeo, quod potuit Deus hanc porficiat communicare Ecclesiam, non tamen communicauit. Ratio, quia non expediebat; tale enim matrimonium esset violentum: sed nullum violentum et perpetuum, quia est indissolubile. Deinde si violenter coniunctum nullum amorem mutuum inter se retinerent, nec debitum curam prolixi: quia quod quis non eligit, etiam non diligit & facile contemnit, (vit Papa Nicolaus 20. q.2. cap. praf.) Vnde nulla potest, neque Ecclesiastica, neque civilis, potest inter alios constitutre matrimonium sine illorum confusu. Quod confirmatur: tam quia alias par modo vinculum matrimoniale possit humana potestate dissolvi. Tum quia cum matrimonium sua natura ad sibi educationem, mutuumque amorem ordinatur, aduersatur fini in natura eiusdem, vt aliena voluntate hominis coalescat, per quam subversio defectus compensari nullo modo potest; secus fit in aliis contractibus, in quibus etiam solis Ecclesia Res publica matus dominum habet, quam homo ipse.

6. Nec obstat cap. his qui fidem 3. de sponsalibus, vbi determinatur, sponsalia transire in matrimonium per copulam sublequitam, & ex cap. final. de conditionibus apposita. vbi etiam decernitur, matrimonium sub conditione impossibili contractum esse validum; & tamen in his tate deficit consensus contrahendi: ergo potest Ecclesia absque coniugum consensu eos vinculo coniugali affectare. Relpondetur, in neutrō ex illis casibus in foro intenso matrimonium fieri, si consensus deficit: tamen, quia ex facto ab Ecclesia presumitur talis consensus, in foro exteriori matrimonium validum esse iudicat, & probacionem dissentientem talem presumptionem non admittit.

7. Obiectio secunda, quia Eugenius I. V. dixit, causam efficientem matrimonij regulariter esse mutuum consensum contrahentium; ergo aliquando extra motum ordinatum potest esse aliud, neque humana potest, causa efficiens matrimonij, hoc est, vinculi coniugalis, ut supra, expoluimus. Relpondetur, particulare, regulariter, non esse constitutendam cum illo verbo, manus consensum, sed cum illo, per verba de praesenti expressus; quia expressio esti regulariter fiat per verba, quandoque tamen fit per nutus, & alia signa, vt in moto contrahente, &c.

8. Quoad secundum dubium, affero, quod licet non possit Pontifex supplere consensum in matrimonio, potest tamen ex aliqua iusta causa, cogere aliquos ad contrahendum. Et ita tenet Adamus Opatouius de Sacramentis, tract. de matrimonio, disp. 2. quest. 7. num. 67. vbi sic ait: Nota quod licet potestas Ecclesiastica non possit supplerre consensum, potest tamen licet aliquos cogere ad matrimonium contrahendum, quando est publica necessitas. Et ratio est prima, quia

Ecclesia in corpora hominum, licet non habeat directum dominum, habet tamen indirectum. Ratio secunda, quia quilibet Christianus obligatur obtemperare Ecclesiae, sub reatu peccati mortalis, quando illi alii, id iustum, honestum, idemque utile precipit. Vnde tali causa postulante, videlicet necessitate publica, potest Ecclesia aliquos in particulari obligare ad matrimonium. Ita ille; cui addit Caspensem in cursu Theologico, tom. 2. tract. 26. disput. 3. sect. 1. num. 8. Tannerum tom. 4. disp. 7. quest. 3. dub. 7. n. 146. Henricquez lib. 11. cap. 6. num. 11. & Sanchez lib. 2. disp. 27. num. 3.

RESOL. XCI.

An Pontifex possit constitutre impedimenta dirimenti, & poterit irritare matrimonium clandestinum, ut patet in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de Matrio.

Et an sit licitum contrahere matrimonium clandestinum, ita ut sit ratus?

Et notior Ecclesiam habere potestatem ad irritandos contractus immediatos, & directe ad reddendos eos nullos, & habere etiam potestatem ad irritandas personas ad tales contractus, quod est irritare ipsos contractus indirecte. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 59.

§. 1. **V**ideatur negatiū respondendum. Primo, quia Ecclesia non recipit a Christo potestatem Excellentiā, vnde non potest mutare substantiam Sacramentorum; ergo Pontifex non potuit inhabiles personas facere, quia haec personae sunt materia matrimonij. Secundo, matrimonium clandestinum est validum de iure naturae: ergo Ecclesia non potuit illud irritare, quia nequit ius naturae mutare. Et idēc ex his rationibus, quidam ex Catholicis olim, priusquam res hæc ab Ecclesia in Concil. Trid. esset definita, ea de re vehementer dubitarunt, ita ut quadraginta Episcopi, multique alii DD. qui ad Concil. Trid. conuenierant, in ea fuerint tententia, Ecclesiam non posse matrimonia clandestina, adeoque impedimentum ditimis matrimonij constitutre. Eadēque ratione Ruardus Tappetus artic. 20. rem ferre indecisam reliquit, ut possit Ecclesia irritare, subiungens, si Ecclesia irritet, falsa inniti presumptioni fraudis, & proinde cessante fraude, valere matrimonium. Et apud Sanchez lib. 3. disput. 4. num. 1. refertur etiam Sotus in 4. dif. 28. quest. 1. art. 1. in solutione ad 1. quasi id similiter indecisum reliquerit, iudicioque Ecclesiae definitum; sed quod apud cum non reperti, cum potius contrarium expresse doceat in 4. dif. 34. quest. 1. art. 1. Alij vero concedunt quidem, Ecclesiam posse matrimonium irritare indirecte, nimis in inhabilitando personas, non autem directe annullando immediatum ipsum contractum, ut inferius dicitur. Ceterum nunc ex fide constat, Ecclesiam posse eiusmodi impedimenta constituere, quod ratione, & quoque fieri possit sequentibus assertoribus declaratur.

2. Sed his non obstantibus certam esse contrariam sententiam patet ex definitione Concil. Trid. Dico igitur, quamvis iure ipso naturali unusquisque liber est ad contrahendum etiam clandestinè, hoc est, ex sua creatione, & ex conditione naturae sua, recte dicitur, quod quis habeat facultatem ad contrahendum matrimonium illud; verum ius hoc non est præcepti, sed permissionis, & idem est, quod facultas ad contrahendum: quamvis autem iuri naturali, vel divino, quod est præcepti, nulla lege humana, etiam Ecclesiastica derogari possit, etiam per modum conditionis

L conditionis

Tract. I. De Potestate Pontificis.

ditionis ad contractum requisita, ut non posset Ecclesia ab eo qui vult ordinari, exigere sub conditione ut fornicaretur, vel, ut conferret Sacramentum in alia forma a Christo instituta; iuri tamen naturali, & diuinio permissionis, & facultatis recte derogari potest, non secundum modum conditionis requiri ad contractum, sed etiam absoluere, hac ratione iuri naturali libertatis, quod quis habet, derogari potuit per ius gentium, per quod introducta sunt scrutiniae.

3. Et hac ratione iuri naturali, quod quis habet, ut possit nubere cuiilibet clandestine, Ecclesia derogavit per hunc quoddam personas effici inhabiles ad matrimonium, ut consanguineos intra quartum gradum, & ad contrahendum clandestinum, sicut Ecclesia prohibet, ut certis diebus non vesecantur carnis, cum iure naturali non esset prohibitum eis vesici omniibus diebus, sed sacerdotio iure.

4. Et ad magis explicandam presentem questionem, nota, Ecclesiam habere potestatem ad irritandos contractus immediatos, & directe ad reddendos eos nullos, & habere etiam potestatem ad irritandas personas ad tales contractus, quod est irritare eos contractus indirecte. Quod possit irritare contractus directe, probatur primo, quia contractus humanus est actus hominis subordinati alicui communitatii, cuius sit pars, & a qua pendeat, quantum ad politican gubernationem; ergo potest, quando conueniat bono communii, Ecclesia hos contractus suorum membrorum irritare. Secundo probatur, quia Ecclesia irritauit alios contractus, ut professionem factam ante annos 16. expletos, & ante annum expletum Novitatus, ut constat ex Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 15. Et etiam irritauit matrimonium contractum inter liberum, & seruum, dum ignoratur conditio seruili, ut patet ex cap. 2. de coniugio seruorum. Ergo potest irritare alios contractus. Quod autem Ecclesia possit irritare indirecte inhabilitando, personas, patet, quia in his, quae ad bonum spirituale Ecclesiae pertinent, quale est matrimonium, fideles subiiciuntur illi, tanquam eius membra; ergo, quando expediti tali bono spirituali, potest eos inhabiles reddere ad contrahendum certo modo. Et confirmatur, quia respublica ciuili potuit aliquas personas inhabiles reddere ad contrahendum absque aliquibus conditionibus, ut effecti minores inhabiles ad contrahendum sine licentia, & auctoritate tutorum; ergo Ecclesia potest idem facere.

5. His suppositis sit prima conclusio. Ecclesia irritauit directe matrimonium clandestinum, irritum reddendo huiusmodi contractum. Ita defendunt Henriquez lib. 1. de matrimon. cap. 5. num. 3. & 4. & Sanchez lib. 3. de matrimon. dist. 4. Probat ex Tridentino sess. 24. cap. 1. de matrimon. his verbis: Eiusmodi contractus irritos, ac nullos esse decernit, propterea decreto irrito facit; ubi est sermo de matrimonio clandestino. Secunda conclusio. Ecclesia irritauit matrimonium clandestinum indirecte inhabilitando personas in ordine ad illud, ita Doctores citati, & probatur ex ipso Tridentino ibidem, ubi loquens de clandestinè contrahentibus, ait, eos ad sic contrahendum inhabiles reddens.

6. Ex his sequuntur duo notata digna. Primum est, Ecclesiam irritando, huiusmodi contra dictum matrimonij clandestini directe, etiam indirecte irritasse sacramentum Matrimonij clandestini, quia cum sacramentum Matrimonij fundetur supra contractum, destructo contractu, consequenter, & indirecte destruitur Sacramentum. Secundo sequitur, Ecclesiam irritando matrimonium clandestinum mutasse materiam, & formam sacramenti Matrimonij, non proximam, sed remotam; proxima enim materia, & forma sunt mutuus consensus signis, vel verbis expressus sufficiens ad validem, & mu-

tid tradendum corporum dominum, & haec semper manent invariata, & haec elegit Christus ad esse sacramenti Matrimonij remota vero materia, & forma sunt ista vel illa persona cum ipsis, vel illis conditionibus, cum hoc, vel illo modo: & haec variatur ab Ecclesia modo requiringo hunc modum, modum illum: modo admittendo has personas, modo alias, sicut videtur pro qualitate temporum expedire, sicut fecit in Trident. loco citato. Vbi presentum Parochi & testium ad valorem matrimonij requisiuit: tum, quia oportebat, tem tantu momentu cum solemnitate fieri; tum, quia clandestini matrimonij modus, erat contrarius fidei matrimonij, & indissolubilitati, faciliter enim vxores si habita deferebantur.

7. Restat modus respondere ad argumenta contraria in principio apposita; id est ad primum, respondeo primo, Ecclesiam in hac constitutione non attingere matrimonium in ratione Sacramentum, quia matrimonium est contractus coniugalis; attingit igitur in ratione contractus: ita, quod potuit declarare hunc, & talen contractum, cui haec conditiones desunt, Parochus, testes, denuntiationes, nullum esse; quia hic contractus est iuris humani: unde subest potestati Ecclesiae.

8. Respondeo secundo, Ecclesiam non posse immutare, aut constitutre materiam, & formam Sacramentorum, quia hoc ad Christum pertinet, in quo plenitudo potestatis excellentiae residet: est tamen in potestate non solum Ecclesiae, sed cuiuslibet priuati efficeri in particulari, ut aliqua res non sit materia alieuius Sacramenti, v.g. aqua, si tantum vini habeat admissum, ut sicut naturam amittat, iam sic non poterit esse materia baptismi. Similiter, si quis vino admiseret tantam quantitatem aqua, ut defineret esse vinum, iam non erit materia consecrationis calicis. Par ratio Ecclesiae non facit, ut contrahentes & illorum consensus sint materia, & forma sacramenti Matrimonij (quia hoc ad Christum Dominum spectat) sed solum hoc facit, ut aliqui contrahentes non possint habere rationem materiam, & formam, hinc, & nunc, cum his, & illis circumstantiis. Sicut enim Respublica secularis reddit aliquos inhabiles ad celebrandos actus politicos, v.g. ad contractus emptionis, & venditionis, & Ecclesia aliquos reddit inhabiles ad celebrandum contractum matrimonij. Et licet assidentia Parochi, & testium sit aliquid accidentale, haec tamen in his locis, in quibus promulgatum est Concil. Trident. ita sunt necessaria ad validitatem contractus matrimonialis, ut sine his aut sine aliquo horum, si omnino nullus contractus matrimonialis, & nullam inducens obligationem.

9. Respondeo tertio. Negari in Ecclesia eam potestatem, est omnino hereticum. Nam dogma Catholicum est, Ecclesiam in rebus definientibus, quae spectant ad fidem, & ad promouendos bonus mores, non posse errare, ut habetur can. 3. & 4. sess. 24. in quibus dicitur, Ecclesiam habere potestatem constitundi impedimenta, quae dirimant matrimonium, & quod in eo non possit errare.

10. Itaque ex his omnibus concedendum est, quod Ecclesiae non possit mutare materiam, & formam Sacramentorum, non enim ideo dicenda est mutare materiam, & formam matrimonij, quia haec non sunt personæ, & consensus quomodo cumque spectant, sed personæ legitimæ, similiiter legitimæ consensus. Porro Ecclesia non facit, ut personæ legitimæ, & consensus legitimus non sufficiant ad valorem matrimonij, sed solum ut personæ aliter contrahentes, quam prescribit, nec fixi, nec eenseantur legitimæ: similiiter quod consensus aliter praestitus non sit legitimus, quod potest facere, sed quod matrimonium non tantum sit Sacramentum, sed sit etiam contractus ciuilis, qui subest publicæ potestati humanae, ita

In ordine ad Sacraenta. Resol. XCII. 123.

ita ut hæc possit varia conditiones in contratu requiri, scilicet quibus non substitut, nec censeatur legitimus, vel etiam materia legitima. Ex quibus patet disserimen, inter hoc Sacramentum, & Baptismum, & quod non sequatur Ecclesiam non posse irritare matrimonium, sed quod non possit inuidum reddere Baptismum.

11. Ad secundum argumentum, videlicet, matrimonium clandestinum est validum de iure naturæ; ergo Ecclesia non potest illud irritare, quia nequit ius naturæ mutare. Ad hoc enim responderetur, matrimonium clandestinum esse validum de iure naturæ, quando consensus est legitimus, & non irritatus per Ecclesiam, quia tamen modò est irritatus, ideo non valit tale matrimonium, in quo casu Ecclesia mutavit ius naturæ remotè, & materialiter, non proxime, & formaliter, vt modò dicebamus.

12. Non definam tamen huc animaduertere, quod Ecclesia potest impedimenta matrimonij dirimentia utroque modo constitutæ, non solum scilicet indicente inhabilitando personas, sed etiam directa, & immediate annullando ipsum contractum. Ita docent Henriquez lib. 11. cap. 5. n. 3 & 4. Suarez 3. part. 1. n. 3. disp. 2. secl. 6. & Sanchez 1. b. 3. d. 1. n. 4. Nec te ipsa dissident Sotus 4. d. 1. 26. quæst. 1. de matrimonio, dum docent, Ecclesiam posse constituere impedimenta dirimentia matrimonij, reddende materiam inhabilem, non autem variando essentialia matrimonij, presupposita materia idonea; quod ad modum superius explicatum recte assertum est. Sunt tandem alii nonnulli, qui videntur sentire, Ecclesiam tantum primo modo constitutæ posse matrimonij impedimenta: è quibus à Sanchez loco cit. num. 3. referunt Palatus disp. 28. d. 3. & Petrus Ledesma quæst. 4. art. 3. Adrianus in 4. quæst. 1. de matrimonio, dum docent, Ecclesiam posse constituere impedimenta dirimentia matrimonij, reddende materiam inhabilem, non autem variando essentialia matrimonij, presupposita materia idonea; quod ad modum superius explicatum recte assertum est. Sunt tandem alii nonnulli, qui videntur sentire, Ecclesiam tantum primo modo constitutæ posse matrimonij impedimenta: è quibus à Sanchez loco cit. num. 3. referunt Palatus disp. 28. d. 3. & Petrus Ledesma quæst. 4. art. 3. alioquin nonnulli.

13. Probatur assertio. Tum quia ipse etiam in se contradic magis quodammodo, quam ipsi contrahentes subiciuntur potestati eius Reipublicæ, ad quam pertinet, seu in qua peragit. Tum quia Ecclesia te ipsa etiam ita irritat alios contractus, puta profissionem factam ante annum Novitatus, vel sexdecim annos expletos, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regularibus, cap. 16. itemque simoniae canonicorum communicationem, cap. 1. olim. & cap. 2. olim. de rerum permissione. Tum quia sine controversia Republica ciuili ita potest irritare contractus mere ciuitatis, impediendo scilicet, ne confessus contrahendum sufficiat ad transferendum dominium, sine certis conditionibus. Denique verius est Concilium Tridentinum sess. 24. c. 1. de reform. matr. ipsa nunc irritata utroque modo matrimonia clandestina, quandoquidem non solum personas ad secontrahendum inhabiles reddit, sed inpleru adiungit: Eiusmodi contractus irritos ac nullos esse decenit, propter eos praesenti decreto irritos facit.

14. Sed hùi quæras huc obiter, an sit licitum clandestine contrahere matrimonium, ita ut sit ratum? Respondeo, Dominicus Soto in 4. dist. 28. quæst. 2. art. 2. atque in ob certas causas facere docet. Prima, si aliqua persona videlicet virgo iam plena nubilis annis, & que vige sumum quintum annum excessis, definitur a tutoribus ne nubat, & interim illius bona paterna consumentur: aut h. præuideat, quod minus sibi conuenientius persona nuptui est tradenda. Secunda, si quis ex aliqua repentina causa, vt ex subito vulnere valer sibi mortem inflatur, & cum muliere cum qua dissoluevit, contrahatur matrimonium, vt liber, quos ex ea suscepit, sint legitimæ. Tertia, si viderit quod aliter instantibus, tem morent, evadere non possit, vt deprehensus in suppo, nisi nubat: tunc licet, & valide contrahere potest. Ita Sotus, quem sequitur Opatius de Sarac. tract. de matrimonio, disput. 2. quæst. 12. num. 115. Tom. III.

Sed sacram Congregationem sentio contrarium. Alibi in Resol. & §§. not. præterea.

RESOL. XCII.

An possit Pontifex aliquos priuatos reddere inhabiles ad contrahendum matrimonium? Ex part. 8. tract.

1. Resol. 60.

§. 1. R^espondeo, Pontificem ex iusta causa posse rectiam prigato, ac particulari impedimento dirimenti constituto, aliquos priuatos reddere inhabiles, ne inter se matrimonium possint contrahere, putabat causam vitande magna perturbationis R^ec^{onf} publicæ, aut grauium discordiarum, vt post Ostiensem, Ioannem Andr. Ancharam, Felinum, itemque Paludanum 4. disp. 32. q. 1. art. 1. Antoninum 3. p. art. 1. c. 16. docent supplementum Nauarri lib. 4. tit. de matrimonio contra interdictum edit. 2. consil. 1. & Sanchez lib. 7. disp. 1. n. 7. qui referunt ad Pontifice re ipsa factatum, licet olim dubitauerit Nauarri lib. 4. consil. 24. de sponsal. edit. 1. & consil. 1. tit. de matrimonio contra interdictum edit. 1. Ratio est, quia non est maior ratio totius Ecclesie, quam aliquarum particularium personarum. Et probabile est, ob gratuitatem delicti, posse Pontificem aliquem etiam perpetuo inhabilem reddere ad matrimonium, vt cum quibusdam Canonistis docet etiam Sanchez ibid. num. 8.

2. Sed non deseram huc apponere verba Bossij tract. de contract. matrim. cap. 11. n. 32. & 33. vbi sic ait: An autem Pontifex possit interdicere, & prohibere alicui ad tempus, puta ad annum, ne contrahat cum tali certa persona, & si fecus fiat, sit nullum. Nauarri lib. 4. consil. 1. tit. de sponsal. consil. 2. 4. in 1. edit. & consil. 1. tit. de matrimonio. contratio contra interdictum Ecclesie, in 2. edit. Respondet, Papam ex iusta causa, puta ad impedienda peccata, quæ inde possunt proueniare, (vt puta si filius iuvenis nobilissimæ familiæ yellet inuito patre, cum vilissima muliere contrahere) posse tali iuueni ad tempus (vt interim mediis suasionibus, vel orationibus iuuenis, si fieri potest, inducetur) ad deponendum primum propositum) interdicere, ne cum tali muliere contrahat inuito patre, & etiam Parochio, Episcopo iuuenis, aut fœminæ interdicere, & prohibere ne tali matrimonio assstant, vel alii Sacerdoti licentiam assistenti concedant; sed ait, quod huiusmodi impedimentum ex predicta prohibitione proueniens, esset quidem impediens, sed non dirimens, & nullo modo expedire, vt Summus Pont. suo interdicto particulari personas alias habiles ad secontrahendum matrimonium inhabiles reddat; ita, vt contractum sit nullum, neque huiusmodi rei extare in Ecclesia exemplum. Quod idem tenuit Henriquez lib. 11. c. 2. num. 1. in textu, & committit. C. & eiudem sententia videtur esse Bellarminus ad can. 1. sess. 24. de reformata matrimonio, adit. n. 6.

Sup. hoc in
tom. 2. tr. 6.
lege doctrinæ
nam Ref. 70.
per totam &
aliam eius
anno. pri
mæ. penalt.
& vir. & si
gnanter ad
medium §. 1.
vers. Imo
idem dicen
dum est.

At Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput. 1. num. 7. ad id allegans Ostiensem, Cardinalem, & alios, assertit, quod sicut Papa ex iusta causa potest reddere inhabiles ad matrimonium omnes personas certi generis, v. g. consanguineos usque ad quartum gradum, ita licite potest reddere inhabiles personas priuatas ex graui causa (qualis videtur allegata) id postulante, cum ex parte potestatis Pape non sit maior ratio vnius, quam alterius; & de facto huiusmodi potestate vsum fuisse Summum Pontificem, ait Additio nator ad Nauarri. d. consil. 1. de matrimonio. contr. interd. Eccl. contrah. vbi ita habet: Advertendum tamen temporibus nostris Papam ex causa, predicta consili, inhabilitasse quandam Illustrissimam personam ad secontrahendum cum quadam muliere. Itemque,